



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 106. Varii libri a Sacra Indicis Congregatione damnati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. „Confessarii etiam Regulares, aut qui
A. C. 1679. „cunque alii sacerdotes secus egerint.

„sciant Deo optimo Maximo rationem
„reddituros esse, neque defuturam Epi-
„scoporum & Ordinariorum justam ac
„rigorofam animadversionem in con-
„tra facientes, etiam Regulares, etiam
„Societatis Jesu, facultate ipsis Episco-
„pis, & Ordinariis per hoc decretum,
„per sedem Apostolicam specialiter at-
„tributa. „

„Et facta de promissis omnibus ac
„de verbo ad verbum relatione, sancti-
„tas sua approbavit, ac præfens decre-
„tum typis dari ac publicari voluit
„In quorum &c. „

§. CVI.

Varii libri a sacra Indicis Congregatione damnati.

*Abregé
Chron. de
l'Hist. Eccl.
tom. 3.
Argentre
l. c. p. 352.*

Eodem hoc anno die vigesima septima
Septembris S. Indicis Congregatio
sequentes proscripsit libellos. I. *Vindica-
ta disciplina in Senonensi Diœcesi usi-
tata circa impositionem publicæ pœnitentiæ
propter peccata publica.* II. *Novum Te-
stamentum Christi Domini juxta editionem
Vulgatam Gallice redditum unacum diffe-
rentiis a textu Græco.* III. *Specimina
Moralis Christianæ, & moralis Diabo-
licæ, Authore R. P. F. Ægidio Gabrieli
S. T.*

S. T. B. F. Tertii Ordinis S. Francisci de Sæc. XVII.
Pœnitentia vulgo Beggardorum. Præce- A. C. 1679.

„pit igitur sacra Congregatio, ut deinceps nemo cujuscunque gradus aut conditionis existat sub pœnis in sacro Concilio Tridentino, & indice librorum prohibitorum contentis illos imprimere, vel imprimi curare audeat, aut apud se quomodocunque retinere, aut legere, & sub eisdem pœnis, ut quicunque illos habeant, vel deinceps habituri sint, eosdem ordinariis locorum, seu Inquisitoribus statim a præsentis decreti notitia exhibere teneantur: & hoc ubicunque, & quandoque, & in quovis idiomate fuerint impressi, vel in posterum forsitan eos imprimi contingat.,

Ceterum Ægidii liber Gallice reditus denuo Anno 1683. die secunda Septembris novo decreto damnatus est.

Præterea Sacræ Inquisitionis Congregatio die vigesima tertia Novembris duas proscripsit propositiones sequenti decreto: „Cum delatæ fuerint duæ propositiones, scilicet, *Deus donat nobis omnipotentiam suam ut ea utamur, sicut aliquis donat alteri villam vel librum:* „Et, *Deus subjicit nobis suam omnipotentiam;* eorundem jussu per Theologos „ad id specialiter deputatos diligenter „examinatæ fuerunt. Quorum votis

Z 5

„au-

Sæc. XVII. „auditis & re sanctissimo D. N. relata,
A. C. 1679. „& coram sua Sanctitate proposita,
 „anacum votis ipsorum Eminentissimo-
 „rum & Reverendissimorum Domino-
 „rum S. R. E. Cardinalium, sanctitas
 „sua decrevit & mandavit, ut ambæ pro-
 „positiones omnino prohiberentur, sicut
 „eas præsentis decreto damnat & pro-
 „hibet, ut temerarias & minimum ut
 „novas: mandatque, ne quisquam
 „deinceps, cujuscunque sit gradus, or-
 „dinis aut conditionis, illas, vel illa-
 „rum alterutram audeat imprimere,
 „vel inprimi facere, sive scriptis aut
 „etiam oretenus docere, vel afferere:
 „sub pœnis & censuris in indice libro-
 „rum prohibitorum contentis, aliisque
 „sanctitati suæ bene visis.”

§. CVII.

*Innocentii XI. Papæ studium in ex-
 tirpandis noxiis doctrinis.*

*Carol. mem.
 pag. 224.
 Argentre
 Coll. Jud.
 pag. 374.*

Jam supra meminimus, non modo
 Franciæ Episcopos apud summum
 Pontificem de corrupta morum doctrina
 questos esse, sed etiam Lovaniensem
 Academiam quosdam Romam able-
 gasse, qui non tantum censuras contra
 Lessii doctrinam de gratia jam Anno
 1587. vibratas confirmari, sed insuper
 sexaginta quinque propositiones ex Je-
 suita.